



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER  
REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR.  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936-37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis 'Coupon réponse internationab' appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.



Illustrate Viro  
Joseph Doctori Wagner,  
Universitatis lectori, "Iuventutis" Moderatori  
Budapestini.

Pro novissimo "Iuventutis" fasciculo arte praecipua religato, quem super Vobis humanissime perreclista, grates rependimus.


Haec quidem peculiari semper attentione Vestra studia in colendo et promovendo optimo sermone Latino explicata prosequimur, eaque modo meritis laudibus sperre placet.

Quod superest omnia praedictis "Iuventutis" Moderatoribus egregisque, quotquot sunt, laborum sociis felicia faustaque omninamur.

Trigonii, a. d. VII. Cal. Oct. a. MCMXXXVII.

Institiarius Card. Széchenyi  
Princeps Primus Hungariae,  
Archiepiscopus Szegedien.

Imago litterarum contracta, quas Sua Eminentia clementissime dignata est ad «Iuventutem» scribere.



### Emericī prīmus diēs in gymnasio.

(Reliqua pars Emerici narrationis.)

Mox iterum sonuit campānula (tintinnābulum) et dominus professor in palaestram<sup>1</sup> nos trādūxit. Omnes octo classes magno cum gaudio eōdem convēnerunt. Plūrimās sellas ordine collocātās et longa<sup>2</sup> scamna<sup>2</sup> ibi vidimus. In primis sellis māterculae nostrae<sup>3</sup> et alii hospītēs<sup>4</sup> sēderunt. Nobis dominus professor lōca dēsīgnāvit. Dominus director sevērā<sup>5</sup> allocūtiōne<sup>5</sup> salutāvit praesentes ūniversos. Postrēmo nōs appellāvit et dixit: Salvē, studiōsa<sup>6</sup> iuventus! <sup>6</sup>Tōta schōla, ut vidētis, splendet munditiā.<sup>7</sup> Munda et pūra sunt auditōria. Depūrātae<sup>8</sup> sunt sellae et mensae. Mūrōs et parietēs nūper<sup>9</sup> pictor pinxit. Posthāc<sup>10</sup> quōque<sup>10</sup> semper splendida munditia sit in gymnasio nostro! Sit ordo! Sit disciplina! Post festam<sup>11</sup> (sollemnem)<sup>11</sup> illam inauguratiōnem<sup>11</sup> dominus professor nōbiscum<sup>12</sup> in auditōrium nostrum rediit, ibique hōrārium<sup>13</sup> nōbis dictāvit. Multa nōbis discenda erunt: cātēchismus, carmina Hungarica, historia et grammatica Hungarica, lingua Latīna, patriae et cēterae Eurōpae geographia, arithmetica, dēlineātiō<sup>14</sup> et calligraphia,<sup>14</sup> cantus et exercitiōnēs<sup>15</sup> gymnasticae.<sup>15</sup> Hōrārium in diarium scripsimus. Deinde dominus professor haec dixit: «Pueri! Vos adhuc strēnuī<sup>16</sup> abecedariī<sup>16</sup> fuistis. Nunc strēnuī gymnasiastae estōte! Post tentāmen<sup>17</sup> matūrītātis<sup>17</sup> cīvēs acadēmicī et mox medicī, advocātī, iūdicēs, architectī, ingeniāriī<sup>18</sup> eritis, aliūque viri doctī. Nunc libenter pārēte<sup>19</sup> (oboedite)<sup>19</sup> praeceptīs<sup>20</sup> scholae! Prīma praecepta haec sunt: Professōrum verba nōtā bēne! In tempore<sup>21</sup> in schōlam properā! Nōli sērō venire! In scholā attentus sis, semperque cōmis<sup>22</sup> et blandus<sup>22</sup>! Pensa quotidiāna<sup>23</sup> accūrāte scribe, lectiōnēs accūrāte ēdisce! Alterum<sup>24</sup> ientāculum<sup>24</sup> in scholam tibi apportā. Sed nōli exempli grātiā pullum<sup>25</sup> capsicātum<sup>25</sup> apportāre! Libros, vestem, sellam, mensam cibō nōn maculēs!<sup>26</sup> Socolādā et similās<sup>27</sup> cornūtās<sup>27</sup> etiam in scholā emere licet. Cibōrum autem reliquiās, aut inūtilēs scidulās<sup>28</sup> et chartulās, nōn in pavimētō spargās, sed in papyri corbē abice! Hebdomadārius<sup>29</sup> post singulās hōras fenestrās patēfaciat<sup>30</sup> et liberum aēra (= aērem) in auditōrium immittat! Idem<sup>31</sup> dē tabulā scripta abstergeat,<sup>32</sup> et crē-

tam spongiāque ad tabulam praeparet! Fīdēlīter fac omne tuum officium!

Officia discipulōrum, sicut veteres pueri olim didicērunt, haec sunt:<sup>33</sup>

māne<sup>34</sup> surgere, vestēs induere, corpus lavare, crīnēs ornāre, Deum adorāre, scholam frequentāre, diligenter auscultāre,<sup>35</sup> audita retractare.<sup>36</sup>

Haec nōtāte bēne! Et nunc ite dōmum! Valēte, usque ad reditum! Hilariter<sup>37</sup> cum Alexandro et Ambrōsiō, cum Thomā et Andreā et cum Ioanne dōmum ambulāvī. In itinere Alexander colloquium incēpit: Professōres nostrī, inquit, philosophiae doctōrēs sunt; ego quōque doctor philosophiae ero. Ego iūris doctor ero, inquit Thomas. Ego autem doctor medicinae, dixi ego. Ego pilōta ero, inquit Ioannes. Ego vērō Olympionicēs,<sup>38</sup> inquit Andreas. Tum octavānus quidam Ambrosium Hungarice interrogāvit: Hāt maga mi lesz, fiam?<sup>39</sup> Miles fiam, respondit Latine Ambrōsius, generālis ero mareschallus.<sup>40</sup> Eminens

<sup>1</sup> a tornaterembe = in den Turnsaal = dans la salle de gymnastique <sup>2</sup> hosszú padokat = lange Bänke = de longs bancs <sup>3</sup> anyukáink = unsere Mamas = nos mamans <sup>4</sup> vendégek = Gäste = invités <sup>5</sup> komoly beszéddel = mit einer ernsten Ansprache = d'une allocution sérieuse <sup>6</sup> tanulójúság = Schuljugend = jeunesse studieuse <sup>7</sup> tisztaság = Sauberkeit = propreté <sup>8</sup> megtisztítva = gereinigt = nettoyées <sup>9</sup> csak nemrég = unlängst = naguère, il y a quelque temps <sup>10</sup> ezután is = auch nachher = dorénavant aussi <sup>11</sup> az ünnepélyes megnyitás után = nach der festlichen Eröffnung = après l'inauguration solennelle <sup>12</sup> velünk = mit uns = avec nous <sup>13</sup> az órarendet = den Stundenplan = emploi du temps <sup>14</sup> rajz és szépírás = Zeichnen und Schönschreiben = dessin et calligraphie <sup>15</sup> tornagyakorlatok = Turnübungen = exercices de gymnastique <sup>16</sup> derék (szorgalmas) elemisták = wackere Elementarschüler, ABC-Schützen = élèves appliqués de l'école primaire <sup>17</sup> érettségi vizsga = Reifeprüfung = baccalauréat <sup>18</sup> mérnökök = Ingenieure = ingénieurs <sup>19</sup> engedelmességedjete = gehorchet = obéissez <sup>20</sup> utasítás, szabály = Vorschrift = règlements <sup>21</sup> idejében = beizeiten = à temps <sup>22</sup> előzékeny és udvarias = zuvorkommend und höflich = serviable et poli <sup>23</sup> napi, napenkénti = täglich = quotidien <sup>24</sup> tízórait (a 2-ik reggelit) = Zehnuhrjause = casse-croûte (second déjeuner) <sup>25</sup> paprikáscsirkét = Paprikahuhn = fricassé de poulet au piment <sup>26</sup> elpiszkol, foltot ejt rajta = beschmutzen, besudeln = salir, souiller <sup>27</sup> kiflit = Kipfel = croissant <sup>28</sup> cédulákat, papírszeleteket = Zettel, Papierfetzen = fiches, bouts de papier <sup>29</sup> hetes = Wochencharge, Wochenamts-träger der Klasse (wöchentlich abwechselnd einer der Schüler) = le garçon qui est de semaine <sup>30</sup> nyissa ki = er öffne = qu'il ouvre <sup>31</sup> ugyanő = der nämliche = le même <sup>32</sup> törölje le = er wische ab = qu'il essuie <sup>33</sup> régen, egykor = einst = autrefois <sup>34</sup> jókor, korán reggel = frühmorgens = de grand matin <sup>35</sup> odahallgatni, figyelni = anhören, achtgeben = écouter attentivement <sup>36</sup> ismételtetni = wiederholen = répéter <sup>37</sup> jókedvűen = vergnügt = joyeusement <sup>38</sup> olimpiai győző = ein Olympiasieger = vainqueur des jeux olympiques <sup>39</sup> Et tu quis fies, mi fili? (szójáték = Wortspiel = jeu de mot) <sup>40</sup> tábornagy = Generalfeldmarschall = maréchal

discipulus esse volo. Omnēs rēs<sup>41</sup> discendās<sup>41</sup> valde amo, maxime geographiam et gymnasticam. Pulchrē,<sup>42</sup> bene<sup>42</sup>, rectē,<sup>42</sup> exlāmāvit octavānus. Accipe sincēram<sup>43</sup> gratulatiōnem meam! Quot annos nātus es, parvule<sup>44</sup> Ambrōsi? Decem annos nātus sum, respondit Ambrōsius. Post octo annōs acadēmicus<sup>45</sup> mīlītāris<sup>45</sup> ero. Tu iam subcētūrio<sup>46</sup> tum eris, nonne? Faxit<sup>47</sup> Deus,<sup>47</sup> mi Ambrōsi!

(Propediem<sup>48</sup> Emerīcus pīmam hōram Latīnam narrābit.)

*Desiderius Dezséry Budapestinensis.*

<sup>41</sup> minden tantárgyat (tanulnivalót) = alle Lehrgegenstände = toutes les matières scolaires <sup>42</sup> bravo, bravissimo <sup>43</sup> őszinte = aufrichtig = sincère <sup>44</sup> kicsi, pöttön = kleiner = petiot <sup>45</sup> honvéd-akadémikus = Militärakademiker = élève de l'École Militaire Supérieure <sup>46</sup> főhadnagy = Oberleutnant = lieutenant <sup>47</sup> adja Isten! = Gott gebe es! das walte Gott! = que Dieu le veuille (le fasse) <sup>48</sup> legközelebb = nächstens = la prochaine fois

## De occursum<sup>1</sup> meo cum magistro.


Anno priore aestatem Mogentianis<sup>2</sup> transigebam. Aliquando tempestas bona erat et in lacu Pelsonae<sup>3</sup> navigare volui. Sed navis, cum advēni, iam profecta est, itaque non erat aliud faciendum, nisi lavatum<sup>4</sup> ire. In balneo<sup>5</sup> aliquis manūs suas ante oculos meos opposuit. Nescīvi, quis esset, sed conversus<sup>6</sup> vidi magistrum meum latinum, qui dixit se Mogentianas saepe venire. In aqua frater meus hunc iocum<sup>7</sup> narravit: Filius: Mater, cur sponsa<sup>8</sup> semper vestem albam gerit? — Mater: Vestis alba est signum gaudii. — Filius: Et cur sponsus<sup>9</sup> semper vestitum nigrum gerit? — Mater: Tu iam iterum permultas stultitias<sup>10</sup> interrogas.

Lautus<sup>11</sup> sororem fratremque meum ad magistrum duxi, quem ad nos invitavi, sed venire non potuit, nam amicus eius advenit. Post meridiem<sup>12</sup> iterum magistro meo obvius<sup>13</sup> fui.<sup>13</sup> Tum ad aquam ambulans dixi: «Timeo, ne annus scholasticus iam prius solito incipiatur<sup>14</sup>». Sed professor dominus respondit: «Annum scholasticum primis diebus mensis Septembris incipiemus». Dēnique promisit se iterum venturum esse.<sup>15</sup> Sed Mogentianis magistrum posthac non vidi. Tantum

nuper<sup>16</sup> horā latinā iterum obvii inter nos cum gaudio fuimus.

*Lad. Iavorik disc. Tatanus.*

<sup>1</sup> találkozás = Begegnung = rencontre <sup>2</sup> Keszthely <sup>3</sup> Balaton <sup>4</sup> fürödni = baden = se baigner <sup>5</sup> fürdő = Bad = bain <sup>6</sup> mikor megfordultam = als ich mich umdrehte = m'étant retourné <sup>7</sup> tréfa = Scherz = plaisanterie <sup>8</sup> menyasszony = Braut = mariée <sup>9</sup> vőlegény = Bräutigam = marié <sup>10</sup> ostobaság = Dummheit = bêtise <sup>11</sup> fürdés után = nach dem Bade = après le bain <sup>12</sup> délután = nachmittags = après-midi <sup>13</sup> találkoztam = beegnete ich = j'ai rencontré <sup>14</sup> kezdődik = es fängt an = commence <sup>15</sup> el fog jönni = er wird kommen = viendra <sup>16</sup> minap = unlängst = l'autre jour



## LECTORIBUS MEDIIS

Ioannes Hilaris.

(2)

Scriptit *Valentinus Fehér* O. S. B. Strigoniensis.

Si Ioannes ad id tempus bono animo fuerat, tum longe hilarissimus factus iter continuavit.<sup>29</sup> In itinere occurrit feneratori,<sup>30</sup> qui stans cantum avis auscultabat.<sup>31</sup> «Quam pulchrum

<sup>29</sup> folytatni = fortsetzen = continuer <sup>30</sup> uzsorás = Wucherer = usurier <sup>31</sup> hallgatni = zuhören = écouter



Via principalis in regione Europaea Turbis Sanghai (pag. 21).

est! — clamavit. — Unde nam tam parva avis adeo suavem vocem habet?»

«Si hoc te pungit<sup>32</sup> — ait Ioannes, — quiesce: mox avis de arbore decidet.» Tum sagittā in avem directā alas transfixit; avis cernua<sup>33</sup> in spinetum<sup>34</sup> praecipitavit. «Age effer illinc istam avem!» — hortatur Ioannes. Fenerator in spinetum penetrat avem quaerens. Interea Ioannes promit fides et chordas<sup>35</sup> pellere aggreditur.<sup>36</sup> Eodem momento<sup>37</sup> temporis<sup>37</sup> fenerator subsilit et velocissime saltare incipit et rugit,<sup>38</sup> quia vestis spinis conscissa, cutis<sup>39</sup> a vertice ad talos<sup>40</sup> vulnerata erat.

— Desine, trifurcifer!<sup>41</sup> — clamat fenerator, — nolo ego saltare.

— Ergo ne saltes! — cachinnat<sup>42</sup> Ioannes et chordas pellere perseverat. Tum fenerator supplex rogavit Ioannem et sacculum<sup>43</sup> auri ei se daturum promisit, si chordas pellere desiisset. Ioannes ludere desiit et a feneratoro sacculum auri accepit. Sed cum discessisset, fenerator diras<sup>44</sup> voces<sup>44</sup> iactans<sup>44</sup> in oppidum incurrit et iudici questus est pecuniam a se interceptam esse.<sup>45</sup> «Quis ille fuit? an miles?» — quaerit iudex.

— Non miles; ille non habebat gladium neque sclopetum,<sup>46</sup> nisi sagittam et fides. His rebus nebulo<sup>47</sup> ille noscitabitur.<sup>48</sup>

Iudex statim emisit lictores iuvenem capturos. Illi iuvenem reptum capiunt et cum auro in oppidum trahunt. Ibi Ioannes a iudice interrogatus respondet: «Digito non attigi istum hominem neque pecuniam ei abstuli, sed suā sponte eam mihi dedit, ne amplius musicam facerem.»

— Mentiris! — clamat fenerator.

— Ne ego quidem verbis tuis fidem tribuo, — ait iudex et iudicavit Ioannem esse de arbore<sup>49</sup> infelici<sup>49</sup> suspendendum. Altero die mane ad arborem infelicem ductus est Ioannes, qui tam hilaris, quam alias, erat. Cum aequo animo per scalas ascendisset, dicit iudici: «Patère, iudex, me prius aliquid petere, quam moriar!»

— Licet tibi — ait iudex — quodlibet petere praeter vitam.

— Non equidem deprecor vitam, nisi ut ultimum mihi fides pellere liceat.

— Hei, vae! — eiulat<sup>50</sup> fenerator — ne hoc concedas!

— Cur non ultimum — inquit iudex — musicam faciat? Haec est levis<sup>51</sup> optatio.

Ioannes promptis fidibus ludere coepit. Repente homines, qui circa erant, iudex, carnifex,<sup>52</sup> fenerator, milites, vulgus se movere et insane<sup>53</sup> saltare seque circumagere<sup>54</sup> coeperunt, dum tandem anhelantes<sup>55</sup> humi prostrati sunt. «Desine, desine! — clamat iudex. — Parco vitae tuae, modo ne amplius musicam facias!»

Ioannes fides in peram recondit et de scalis descendit et feneratorem increpat:<sup>56</sup> «Age

fatère nunc, furcifer, unde pecuniam sumptis! alioquin<sup>57</sup> rursus fides expromam.»

— Furatus sum pecuniam — clamat ille, — tu vero honeste comparasti.

— Si res ita est, tu dignus es arbore infelici! — ait iudex et illico<sup>58</sup> feneratorem suspendi iussit.

Finis.

<sup>32</sup> ez a bajod = ärgern = tracasser <sup>33</sup> bukfencezve = kopfüberstürzend = faisant des culbutes <sup>34</sup> tövisbokor = Dorngebüsch = ronce <sup>35</sup> húr = Saite = corde <sup>36</sup> elkezdni = anfangen = commencer <sup>37</sup> pillanat = Augenblick = moment <sup>38</sup> ordítani = brüllen = hurler <sup>39</sup> bőr = Haut = peau <sup>40</sup> tetőtől-talpig = vom Scheitel bis zur (Ferse) Sohle = des pieds à la tête <sup>41</sup> gazember = Erzhallunke = coquin, gredin <sup>42</sup> kacagni = laut lachen = rire aux éclats <sup>43</sup> zacskó = Säckchen = petit sac <sup>44</sup> átkozódni = fluchen = jurer <sup>45</sup> elvenni = entreissen = arracher <sup>46</sup> puska = Flinte = fusil <sup>47</sup> szélhámos = Windbeutel = vaurien <sup>48</sup> megismerni = erkennen = reconnaître <sup>49</sup> akasztófa = Galgen = potence <sup>50</sup> jajgatni = laut wehklagen = se lamenter <sup>51</sup> csekély = gering = insignifiant <sup>52</sup> hóhér = Scharfrichter = bourreau <sup>53</sup> eszeveszettek = toll, verrückt = comme des fous <sup>54</sup> forogni = herumdrehen = tourner <sup>55</sup> lihegni = schnauben = haleter <sup>56</sup> rárivallni = anherrschen = apostropher <sup>57</sup> mert különben = denn sonst = autrement, sinon <sup>58</sup> ott helyben = sofort = sur le champ



**Tabula mortuorum.** Conditor et primus praeses Cechoslovaciae, *Thomas G. Masaryk* 87 annos natus mortuus est. Vir magni ingenii in gymnasio Academico Vindobonensi testimonium maturitatis accepit. Primum professor litteras, historiam atque philosophiam coluit, deinde totum se libertati Bohemorum<sup>1</sup> recuperandae dedit, quod praeter opinionem adeo prospere<sup>2</sup> ei successit,<sup>2</sup> ut bello gentium finito etiam 700 milia Hungarorum sine populi<sup>3</sup> scitu<sup>3</sup> novae reipublicae adiungerentur. Masaryk sapiens, qui saepius declaravit Hungaros patriae mutilatae reddi posse, quod tamen ministri eius semper prohibuerunt — ubique gentium lugetur. — Etiam vitéz<sup>4</sup> *Stephanus* e nobilibus *Horthy* de Nagybánya, frater maior gubernatoris Hungariae 80 annos natus in Collegio Hungarico Vindobonensi obiit. Memoria ducis equitum in bello gentium fortissimi, civis in pace optimi diutissime coletur.

<sup>1</sup> csehek = die Böhmen = Tchèques <sup>2</sup> sikerülni = gelingen = réussir <sup>3</sup> népszavazás = Volksabstimmung = plébiscite <sup>4</sup> Adelstitel = titre nobiliaire

**Peregrinationes<sup>5</sup> ducum civitatum** fere quotidie in actis<sup>6</sup> diurnis<sup>6</sup> leguntur. Quorum novissima, iter ducis Mussolini Berolinense primum multos terreat. Cum autem et dux Italarum et Hitlerius palam et publice affirmarent, se nihil nisi pacem velle, animi solliciti celeriter sedati sunt.<sup>7</sup>

**Galli et Britanni de securitate Maris<sup>8</sup> Interni<sup>8</sup>** cum Italis agunt, ubi multae navium ab ignotis navibus submarinis demersae aut exspoliatae sunt. Nunc naves bellicae Gallorum Britannorum et Italarum Mare Internum custodiendo securitatem nautis reddunt.

**Parisiis Miller dux Russorum bolcevistic infensorum** ab emissariis<sup>9</sup> Moscovitis captus et vi abreptus est. Eodem tempore homines perditii pyrobolis<sup>10</sup> duo magna aedificia discutientes<sup>11</sup> fere solo aequaverunt.

**Japonenses non solum provincias septentrionales in Sina aggressi sunt,** sed dum circum stationem ferriviae in urbe Sanghai acerrime pugnantur, etiam cives pacati urbium Nanking et Canton pyrobolis aviatorum catervatim necantur. Exemplum Sinae sole lucidius demonstrat, quid patiendum sit populo proverbium<sup>12</sup> «Si vis pacem, para bellum» ignorant.

**Consilium Palaestinae dividendae Arabibus displicet,** quia soli Palaestinam Iudaeis remotis habere velint. Nuper tres praefectorum Britannorum ab ignotis Arabibus interfecti sunt. Quare duces Arabum a militibus Britannicis capti in exsilium mittuntur, pontifex maximus Hierosolymanus Arabus — vulgo: «mufti» nominatus —, qui iam pridem in aede<sup>13</sup> sacra<sup>13</sup> Omari latet, ubi leges Muhamedanorum vetant quemquam capi, nunc a munere sacerdotis remotus est.<sup>14</sup>

**In Aegypto potestatem regiam Faruc filius regis mortui accepit,** qui coronam regiam a civibus oblatam, cum religio Muhamedanorum hoc insigne vetaret, repudiavit. Eidem nuper triste spectaculum Alexandriae contigit. Multitudo 150 milium operariorum<sup>15</sup> regi sponsaeque eius officium<sup>16</sup> praestantes<sup>16</sup> tanto tumultu per portam in aulam palatii irruerunt, ut in turba<sup>17</sup> conferta<sup>17</sup> 46 homines morerentur, 200 graviter vulnerarentur.

**Budapestinenses centenarium theatri nationalis ludis scenicis sollemnibus nuper celebraverunt** eoque magis, quod sermo Hungaricus multis in theatri oppidorum post bellum mundanum Hungariae ereptorum a novis dominis nationes minores opprimentibus impeditur. Postea sextus per Danubium pons Budapestinensis de gubernatore Nicolao Horthy nominatus 400 metra longus, 20 m latus inauguratus et apertus est (vide pag. 22).

<sup>5</sup> utazás = Reise = voyage <sup>6</sup> napilap = Tageszeitung = quotidian <sup>7</sup> megnyugtati = beruhigen = tranquilliser <sup>8</sup> Föld-

közi tenger = Mittelmeer = Méditerranée <sup>9</sup> kém, ügynök = Spion, Agent = espion, agent <sup>10</sup> bomba = Bombe = bombe <sup>11</sup> felrobbantani = (in die Luft) sprengen = faire sauter <sup>12</sup> közmondás = Sprichwort = proverbe <sup>13</sup> mecset = Moschee = mosquée <sup>14</sup> elcsapni = absetzen =



renvoyer <sup>15</sup> munkás = Arbeiter = ouvrier <sup>16</sup> hódolatát bemutatni = seine Huldigung darbringen = présenter ses hommages <sup>17</sup> tolongás = Gedränge = foule



Iocosa.

1. *Magister:* Dic, quis fregerit fenestram. Si non dicas, alapam<sup>1</sup> accipies. — *Discipulus:* Melius est mihi alapam unam a te, quam duas ab eo accipere, qui fregit fenestram.

2. *Pater ad filium:* «Nequam! Cur doces psittacum<sup>2</sup> usurpare<sup>3</sup> verba indecora». — *Filius:* «Non est ita, nam psittacum doceo, quae verba usurpare non licet.»

*Car. Anheuer, disc. gymn. Acad. Budap.*

3. *Via ad divitias.* In America hominibus permultis has litteras tabellarius<sup>4</sup> fert: «Mittas mihi unum dollarium et tibi scribam, quomodo cito et certo locupletari<sup>5</sup> possis.» Qui pecuniam miserant, responsum accipiebant: Hoc modo! *G. Légrády disc. eiusdem gymn.*

<sup>1</sup> nyakleves = Ohrfeige = gifle <sup>2</sup> papagáj = Papegai = perroquet <sup>3</sup> használni = gebrauchen = employer <sup>4</sup> levélhordó = Briefträger = facteur <sup>5</sup> meggazdagodni = reich werden = s'enrichir

4. Poëta iuvenis librum suorum versuum intitulum «Quare vivo?» ad moderatorem misit. In epistolis officialibus responsum est: «Ideo vivis, quia non ipse attulisti versus tuos mihi.»  
*B. Vorsatz* disc. eiusdem gymn.

5. In locis desertis saxum magnum est, in quo hoc est scriptum: «Verte me!» — Venit homo quidam et aspicit inscriptionem in saxo. Magno labore vertit saxum, et in eo vidit scriptum: «Nunc retorque me, ut rursus fallam talem asinum, qualis tu es.»

6. Medicus dentium dicit puerulo timenti: «Mi fili, sis vir. Comprime dentes et aperi os tuum!»  
*G. Lombos* disc. eiusdem gymn.

7. *Opinio scriptoris magni.* Quondam adulescens incognitus scriptori insigni tragoediam historicam quinque actu<sup>11</sup> misit et in epistula addita blande scripsit haec: «Si in opere meo vituperanda<sup>12</sup> invenires, dic mihi sincere. Quia si homo ingenio praestans sapiensque docebit me ignorantiam meam, sicut sentio, haec verba me nobilem facient.» Scriptor tragoediam legit, remisitque adulescenti, et hanc sententiam scripsit: «Per me duces magnum quoque potes te sentire.»

*Lucia Gonda* disc. Theresiani Bp.

<sup>6</sup> szerkesztői üzenetek = Briefkasten der Schriftleitung  
<sup>7</sup> személyesen = persönlich = en  
<sup>8</sup> sivatag = Wüste = désert  
<sup>9</sup> visszafordítani = zurückdrehen = retourner  
<sup>10</sup> vélemény = Meinung = opinion  
<sup>11</sup> felvonás = Akt = acte  
<sup>12</sup> kifogásolni valót = etwas aussetzen = des choses à reprocher

## Salse dicta.

1. Physicae professor attrahendi<sup>1</sup> vim<sup>1</sup> Telluris<sup>1</sup> multis verbis et exemplis explicat,<sup>2</sup> deinde interrogat discipulos: «Quis vestrum potest dicere, quare pomum de arbore decidat?»<sup>3</sup> Paulus, qui dum professor explicabat, longe<sup>4</sup> alias<sup>4</sup> res animo<sup>5</sup> volutavit,<sup>5</sup> nunc professori interroganti animum<sup>6</sup> attendit,<sup>6</sup> deinde digitis vehementissime significavit se respondere velle. Professor: «Age,<sup>8</sup> dic, Paule!» Paulus autem animo glorioso respondit: «Ideo pomum de arbore decidit, quod... vermiculosum<sup>9</sup> est.»

*Alexius Czuppon* Miskolciensis.

2. Demonax, quidam philosophus Cyprianus dicit: Nemo hominibus iratus<sup>10</sup> sit,<sup>10</sup> quia peccant, sed vitia eorum emendanda<sup>11</sup> sunt, sicut medici faciunt, qui nunquam aegrotis irascuntur, sed eos sanos faciunt.

3. Terentius Mamianus poëta virque<sup>12</sup> civitatis<sup>12</sup> regendae<sup>12</sup> peritus<sup>12</sup> quondam saltationem cuiusdam hominis, qui propter pinguitudinem<sup>13</sup> atque aetatem aegre saltare potuit, spectabat. Saltator autem ita ignarus<sup>14</sup> saltationis erat, ut Mamianus se a risu retinere non posset. Tum senex indignabundus<sup>15</sup> Mamiano appropinquavit, et iracundus eum interrogavit. «Qua ratione<sup>16</sup> audes ridere, cum me saltare vides?»


Ad quod poëta respondit: «In errore versaris<sup>17</sup> domine; non rideo, cum tu saltas, sed tu saltas, cum rideo.»

*Lad. Elek* disc. Szeghalomensis.

4. *In bello Germanico-Gallico* (a. 1870) quidam praefectus<sup>18</sup> militum<sup>18</sup> Germanicus in summa<sup>19</sup> castra<sup>19</sup> advenit et militem ante domum imperatoris, Moltke excubantem<sup>20</sup> hoc modo allocutus est: «Ubi est Moltke?» Imperator fenestrā patente interrogationem audivit et militem reprehendit: «Saltem<sup>21</sup> dominum Moltke dicere debebas!» Iuvenis respondit: «Domine excellentissime, sit mihi venia,<sup>22</sup> sed in schola nunquam dominus Alexander Magnus aut dominus Iulius Caesar dicendus erat, solum Alexander Magnus et Iulius Caesar. Hanc ob causam Te solum Moltke vocavi.» Imperator arridebat et iuvenis impunitus abire potuit.

*Magdalena Jóború* Budapestinensis.

<sup>1</sup> a föld vonzó ereje = die Anziehungskraft der Erde = l'attraction de la terre  
<sup>2</sup> magyarázni = erläutern = expliquer  
<sup>3</sup> leesni = herunterfallen = tomber  
<sup>4</sup> egészen más = ganz andere = tout autre  
<sup>5</sup> vmin jár az esze = denken = penser  
<sup>6</sup> felfigyelni = aufhorchen = dresser l'oreille  
<sup>7</sup> jelezni = andeuten = indiquer  
<sup>8</sup> rajta, mond hát = nun sag' denn = allons, dis-le  
<sup>9</sup> férges = wurmig = véreux  
<sup>10</sup> haragudjék = soll zürnen = se fâche  
<sup>11</sup> kijavítani = ausbessern = corriger  
<sup>12</sup> államférfi = Staatsmann = homme d'État  
<sup>13</sup> kövérség = Fettleibigkeit = adiposité  
<sup>14</sup> járatlan vmiben = unkundig = ignorant, peu versé  
<sup>15</sup> bosszusan = entrüstet = dépité  
<sup>16</sup> ok = Grund = cause  
<sup>17</sup> es = katonatiszt = Offizier = officier  
<sup>18</sup> főhadiszállás = Hauptquartier = quartier général  
<sup>19</sup> őrt állani = Wache halten = monter la garde  
<sup>20</sup> legalább = wenigstens = au moins  
<sup>21</sup> bocsánat = Verzeihung = pardon



Pons «Horthy Miklós» (pag. 21).



### Qui testem unicum amisit. (2)

Narratio *Thurstonii* in Hungaricum conversa a *Gabriele Darás*, latine reddita ab *Iosepho Guelmino* Budapestinensi.

Sex praeterierunt menses. Matutinum tempus Iunii radiis solis verberavit fenestram medici. Medicus e lecto exsiliens patefecit fenestram. Herba rore splendebat et aura recens odorem florum iniecit in cubiculum. Et quasi natura tota triumpharet in cantu avium!

Hora erat sexta. Si hora septima fuisset, medicus tintinnabulo<sup>20</sup> vocasset servum, ut sibi equum adduceret. Ecce autem sonitum audit unguularum<sup>21</sup> et conspicit agasonem<sup>22</sup> in sella.<sup>23</sup>

— Quid facis tu tam mane? — interrogat eum.

— Paululum circumvector, domine, equo.

— Bene. Sed cur tam mane?

— Quia equus inquietus strepitum fecit in stabulo et ego expectatus non potui resistere, quin paulum equo veherer.

— Optime! Iucundissimum est hac tempestate equo vehi.

Agaso animadvertit medicum quoque (etsi tacitus remansit) velle equo vehi et rogavit, ut uteretur occasione iucundissimā. Sic accidit, ut medicus quinque punctis post proficisceretur in via strata, in natura laetitiam<sup>24</sup> vere exsultanti,<sup>24</sup> ita ut totum mundum habere videretur sibi, felicissimus. Eamus adversus Tempelton, constituit secum. Regio autem in radiis orientis solis renata<sup>25</sup> adeo occupavit omnes sensus eius, ut fugeret<sup>26</sup> illum, equum decessisse viam et oppidum Gloucester subisse. Restitit. Et tum venit ei in mentem amicum non procul hinc in villa parva habitare. Iam diu non viderunt alter alterum, certe felicissimus erit, si videbit amicum. Tempus non est certe visitandi, amici autem semper gaudent alter alterum videntes. Et fore speravit, ut ad ientaculum<sup>27</sup> inter se nonnulla verba facerent. Sed cum ante villam stetisset, servus certiozem fecit eum, dominum iam mane, tempore insolito, quia causa gravissima in iudicio ageretur, abiisse. Domina autem familiarissime accepit eum prodiens,<sup>28</sup> et quoniam sibi quoque in animo erat in oppidum Gloucester ire ad maritum, ut secum faceret iter in automobili, neque privaret maritum hoc occursu<sup>29</sup> exoptato et persaepe memorato, rogavit.

Medicus gaudens obtemperavit.<sup>30</sup> Et in via femina enarravit hominem quendam apud iudicium<sup>31</sup> iuratorum<sup>31</sup> accusari, quod uxorem occidisset et de hac re marito, qui praeses esset iudicii, iudicium faciendum esse.

\*

Susurrus levis perfugit auditorium.<sup>32</sup> Iudices intrant. Silentium.

Homicidii accusatus, — alloquitur praeses reum, — negas te tempore homicidii domi fuisse. Si hoc probare potueris, capitis absolutus eris. Habesne aliquid ad dicendum?» Quaestio ita posita est, ut folium de arbore cadit. Lente, librans,<sup>33</sup> silentiose, ut mors. Et immobilis remansit, ut mors. «Si probare potes te ad horam



Theatrum nationale Budapestinense (pag. 21).

primam post noctem mediam domi non fuisse, liberatus es», — iterat iudex.

Accusatus se erexit:<sup>34</sup> «Testem praesentare non possum, — dixit rauce.<sup>35</sup> — Sed conscius innocentiae dico et iterum dico: habeo testem. Nescio autem, unde eum prodire iubeam. Iureiurando dico vivere quendam in hoc regno, qui probare<sup>36</sup> possit me, nisi mortuus sit. Illā nocte enim occurri ei in via strata Tre-dingtonianā, quem neque ante, neque post unquam vidi. Cum illo collocutus sum pauca verba, quia horologium templi tredecim sonuit. Et post, ille homo, testis meus unicus, propriebatur automobili in tenebras...


E subselliis<sup>37</sup> vir quidam inter tumultum

<sup>20</sup> csengő = Klingel, Schelle = sonette, clochette  
<sup>21</sup> pata = Huf = sabot <sup>22</sup> lovász = Stallknecht = palefrenier <sup>23</sup> nyereg = Sattel = selle <sup>24</sup> ujjongó = jáuchzend = jubilant <sup>25</sup> újjá született = wiedergeboren = renaître à une vie nouvelle <sup>26</sup> elkerüli a figyelmét = es entgeht ihm = cela lui échappe <sup>27</sup> reggeli = Frühstück = petit déjeuner <sup>28</sup> elősietni = herauskommen = avancer <sup>29</sup> találkozás = Begegnung = rencontre <sup>30</sup> engedelmesskedni = willfahren = obéir  
<sup>31</sup> esküdtszék = Geschworenengericht = cour d'assise  
<sup>32</sup> hallgatóság = Zuhörerschaft = auditoire <sup>33</sup> lebegve = schwebend = flottant <sup>34</sup> felemelkedni = aufstehen = se lever <sup>35</sup> rekedten = heiser = rauque <sup>36</sup> igazolni = bestätigen = justifier <sup>37</sup> ülőhely = Sitzplatz = place assise.

connititur<sup>38</sup> petere<sup>39</sup> tribunal iudiciale. Et iam adstat et incipit loqui . . .

Et hoc fuit ultimus actus medici illo die sine voluntate. Finis.

<sup>38</sup> erölködik = sich bemühen = s'efforcer <sup>39</sup> elérni = reichen = atteindre.



**OBLECTAMENTA IUVENDA**

Olympia ludorum<sup>1</sup> latrunculorum<sup>1</sup> Holmiae mense Augusto instituta sunt. Ordo nationum victricium hic est : Civitates Foederatae Americanae 51 puncta (seu victoriae), Hungaria 48½ p., Polonia et Argentina 47—47 p., Cecoslovacia 45 p., Batavia (vulgo : Hollandia) 44 p. Ceteras nationes hic omittendas esse putavimus. Quibus in certaminibus nonnulli tirones optime se praestiterunt, quorum e. c. *Paulus Keres* Estlandiensis vix a campione<sup>2</sup> mundialis<sup>3</sup> Batavico, *Maximiliano Euwe* doctore victus est. Ordo huius certaminis hic equitur :

Albi:<sup>4</sup> P. Keres.]

- 1. e2 — e4
- 2. E g1 — f3
- 3. C f1 — b5
- 4. C b5 — a4
- 5. 0 — 0
- 6. d2 — d4
- 7. C a4 — b3
- 8. d4 × e5
- 9. c2 — c3
- 10. C c1 — e3
- 11. E f3 — d4
- 12. f2 — f3
- 13. f3 — f4
- 14. E d4 × b3
- 15. C e3 — d4
- 16. T f1 — f2
- 17. E b3 — c5
- 18. Rg d1 — c1
- 19. E b1 — d2
- 20. b2 — b3
- 21. E d2 × b3
- 22. g2 — g4
- 23. f4 — f5
- 24. E c5 × e4
- 25. T f2 — g2
- 26. E b3 — c5
- 27. C d4 × e5
- 28. C e5 — d4
- 29. Rg c1 — f4
- 30. C d4 × g7
- 31. g4 — g5
- 32. Rg f4 × h4
- 33. Rg h4 — h6†
- 34. Rg h6 — c6
- 35. Rg c6 × b5
- 36. T a1 — f1
- 37. T g2 — f2

Nigri: M. Euwe.

- e7 — e5
- E b8 — c6
- a7 — a6
- E g8 — f6
- E f6 × e4
- b7 — b5
- d7 — d5
- C c8 — e6
- C f8 — e7
- E c6 — a5
- 0 — 0
- E e4 — c5
- E c5 × b3
- E a5 × c4
- C e6 — f5
- a6 — a5
- a5 — a4
- Rg d8 — e8
- Rg e8 — c6
- a4 × b3
- T a8 × a3
- C f5 — e4
- C e7 — h4
- d5 × e4
- T f8 — a8
- E c4 × e5
- Rg c6 × c5†
- Rg c5 — d5
- c7 — c5
- R g8 × g7
- T a3 × c3
- Rg d5 × f5
- R g7 — g8
- T a8 — d8
- T c3 — d3
- T d3 — d1
- Rg f5 — g4†

- 38. Rg 1 — h1 e4 — e3
- 39. T f2 × f7 e3 — e2
- 40. Rg b5 — b3 T d1 × f1†
- 41. T f7 × f1† c5 — c4

Albus certamen deponit.

<sup>1</sup> sakkjáték = Schachspiel = jeu d'échecs <sup>2</sup> Stockholm  
<sup>3</sup> világbajnok = Weltmeister = champion du monde  
<sup>4</sup> scilicet : latrunculi : R = rex, Rg = regina, C = cursor, E = equus, T = turris, † monet, ut regi caveat = sakkot adni = dem Könige Schach bieten = donner échec au roi

**Al. Petöfi: Cantus sonat mortuorum...**

*Cantus sonat mortuorum,  
 Quis stipatur ad sepulcrum?  
 Quisquis, iam non servus terrae,  
 Beatior centies me.*

*Nunc fertur hic ante domum;  
 O, quam multi plorant eum!  
 Quare non effero ego?  
 Lacrimaret saltem nemo.*


**P. Gyulai: Subcenturio, mi domine.**

*«Subcenturio, mi domine!»  
 „Habes te, mi fili, male?!,  
 «Cruor it ad amiculum.»  
 „Nil, modo sanguis narium.»*

*«Subcenturio, mi domine!  
 Ne cadas in itinere!»  
 „Offendi pedem ad lapidem.  
 Perge erigens pugionem!”*

*It tiro, stat subcenturio,  
 Corruit vulnere accepto.  
 «Subcenturio, mi domine!»  
 „Perge tantum, filiole!”*

Vincenius Bors, Szegedinensis.



**RES FEMINEAE**

**Curae uxoris praesidis Roosevelt.**

Vita uxoris viri, qui civitati permagnae praeest, habet curas suas singulares, de quibus uxor Roosevelti in duabus orationibus attentissime auditis breviter locuta est. Auditrices, quae omnia uxor praesidis uno die facere deberet, maxime admiratae sunt. Post ienta-



culum<sup>1</sup> accipit dispensatricem<sup>2</sup>, mox dominam, quae fere officiis magistrae<sup>3</sup> aulae<sup>3</sup> fungi debet, ut quae illo die exsequenda sint, accommodate<sup>4</sup> concinnat.<sup>4</sup> Tertio accipit secretariam privatam, quae, quod ad eam pertinet, nihil habet, quod de penuria<sup>5</sup> laboris<sup>5</sup> queratur. Postea plerumque in circulum,<sup>6</sup> qui septuagesimanus<sup>7</sup> quartanus<sup>7</sup> nominatur, it, ubi una cum membris congressus septuagesimi quarti uxorisque eorum cenet. Cenae et postea oblectationi una et dodrans<sup>7</sup> horae — ab hora duodecima et dimidia usque ad horam secundam et quadrantem<sup>8</sup> (12.30—2.15) — destinatae sunt. Tali occasione habuit uxor Roosevelti unam ex orationibus supra memoratis occupationes diurnas enarrans. Spatio



Uxor Rooseveltii per machinam automaticam suffragatoriam marito ad munus praesidis suffragatur (a. 1936).

temporis a puncto<sup>9</sup> vicesimo post secundam usque ad horam tertiam (2.20—3) utitur, — sicuti ipsa dixit — ut vestimenta mutet et commentariolos<sup>10</sup> res femineas tractantes actis diurnis scribat. Ab hora 3—4.30 die, quo exemplo usa est, iuuit<sup>11</sup> 3200 propinquis «Filiarum rerum<sup>12</sup> novarum<sup>12</sup> Americanarum» dextram dare, quam voluptatem auxit, quod hic ipse circulus femineus rogationem<sup>13</sup> praesidis maximi momenti, scilicet legem corrigendo iudicio supremo, suffragiis<sup>14</sup> dissuasit.<sup>14</sup> Horā 4.30 uxor Roosevelti 85 magistris ex urbe Philadelphia et horā quintā 15 convivis ad theam potandam invitatis admissionem<sup>15</sup> dedit.<sup>15</sup> Horā 7.15 radiophonice iterum, quae omnia uxor praesidis uno die facienda haberet, locuta est. Sed ne hac quidem oratione habitā se quieti dare potuit, nam iterum vestimenta mutare debuit, ut convivis ad horam octavam invitatos suo tempore salutare posset. In qua cena iterum loquendum ei et explicandum erat, quomodo et officia publica et privata tantum<sup>16</sup> quoad<sup>16</sup> tempus<sup>16</sup> exsequi posset. Facete illustravit difficultates ex officiis pu-

blicis vitae suae familiari exortas. Saepe, — narravit uxor Roosevelti, — telegrammata afferuntur, quibus unus ex liberis orat, ut quaedam consultationum publicarum privati colloquii causā brevior fiat. «Initio me satis sollicitam reddidit, — dixit domina excellentissima — quod officia familiaria officiis publicis postponenda erant. Denique tamen mihi diem<sup>17</sup> discipuli<sup>17</sup> contigit, ut omnibus officiis — et privatis et publicis — satisfacere possem.»

*Elisabetha Nagy dr. Budapestinensis.*

<sup>1</sup> reggeli = Frühstück = déjeuner    <sup>2</sup> házvezetőnő = Haushälterin = intendante    <sup>3</sup> udvarmester = Hofmarschall = maître des cérémonies    <sup>4</sup> megfelelő összhangba hozni = in einen passenden Zusammenhang bringen = accorder convenablement    <sup>5</sup> munkahiány = Arbeitsmangel = chômage, chômer    <sup>6</sup> 74-es kör = 74-er Klub = club 74.    <sup>7</sup> háromnegyed = dreiviertel = trois quarts    <sup>8</sup> negyed = Viertel = un quart    <sup>9</sup> perc = Minute = minute    <sup>10</sup> újságcikk = Zeitungsartikel = article de journal    <sup>11</sup> volt szerencséje = sie hatte das Vergnügen = elle eut l'honneur de    <sup>12</sup> forradalom = Revolution = révolution    <sup>13</sup> törvényjavaslat = (Bill) Gesetzentwurf = projet de loi    <sup>14</sup> ellene szavazni = dagegen stimmen = voter contre    <sup>15</sup> fogadni = empfangen = recevoir    <sup>16</sup> csupán idő dolgában = allein zeitlich = seulement en ce qui concerne le temps    <sup>17</sup> pontos napi időbeosztás folytán = durch eine streng geregelte Tageseinteilung = par suite de l'emploi rigoureusement fixé de la journée



**Conditor ludorum Olympicorum modernorum Petrus e baronibus Coubertin senex mortuus et in coemeterio<sup>1</sup> Lausannae in Helvetia sepelitus est. Cor viri defuncti in luco Olympico in Graecia humabitur.<sup>2</sup> Berolini forum magnum ante stadium Olympicum de barone Coubertin nominatum est.**

**Pedifolium<sup>3</sup> certaminum gymnicorum fere omnibus maxime placet, quod saepe a multitudine innumerabili spectatur. Sed haud quisquam tam iocosum pedifolium vidit, quale nuper in urbe Bucharesto editum<sup>4</sup> est. Hinc senatores urbis, illinc factio<sup>5</sup> adversa<sup>5</sup> omnibus instrumentis armati pugnauerunt. In imagine nostra M. Dobrescu magister civium prior tunicā albā indutus follem dolabrā<sup>6</sup> agit, post quem Donescu magister civium hodiernus cernitur. (pag. 26.)**

<sup>1</sup> temető = Friedhof = cimetière    <sup>2</sup> elföldelni = beisetzen = déposer    <sup>3</sup> labdarúgás = Fussball = foot-balle    <sup>4</sup> rendezni = veranstalten = organiser    <sup>5</sup> ellenzék = Gegenpartei = opposition    <sup>6</sup> csákány = Spitzhacke = pic, pioche

## Caesarem a Cicerone hospitaliter exceptum fuisse. (2)

Ad fabulam *Th. Birii* latine libere tradidit *Aemilius Láng*  
O. Praem. Keszthelyensis.

Modesta statim in cachinnos<sup>32</sup> effusa<sup>32</sup> digitum ad viam intendit: En eques<sup>33</sup> femina!<sup>33</sup> Larva<sup>34</sup> horribili visu!

— Saura, Saura, haec est Saura, — acclamat Dio, — maga<sup>35</sup> Neapolitana famosissima!

Anus<sup>36</sup> perusta<sup>37</sup> solibus<sup>37</sup> exilique<sup>38</sup> corpore, <sup>38</sup> asino vecta, appropinquabat. Diductis pedibus, ut macras nudasque suras<sup>39</sup> cerneret, asino insedebat anguibus<sup>40</sup> succincta; <sup>40</sup> penna rubicunda vibrabat piceis<sup>41</sup> inserta capillis<sup>41</sup> neglegenter reiectis et in tergo sparsis.



Pedifollium iocosum (pag. 25).

— Aspice mulierem iudaicam oculis<sup>42</sup> nocturnis, <sup>42</sup> — dixit Dio.

— Ante domum sistit asinum. Viden<sup>43</sup>, <sup>43</sup> ut ardet tunica murice<sup>44</sup> flamma! Dies hodiernus, Edepol<sup>45</sup>, vere aptus mihi videtur, qui animos concitet. Sed quid sibi vult nunc<sup>46</sup> ipsum<sup>46</sup>!

— Ad Terentiam est itura. Semel in anno adveniebat. Quid enim, si domina interdum incantationibus<sup>47</sup> non uteretur! Forsitan aurum faciat?!

— Quid habet in pera<sup>48</sup>?

— Herbas<sup>49</sup> habet magicas, <sup>49</sup> ampullas<sup>50</sup> veneni plenas, ova ranarum, pennas accipitris et tabulas plumbeas.<sup>51</sup>

— En, descendit ex asino. Nunc abiit ex conspectu.

Desierunt.<sup>52</sup> Dio exinde dextram coniugis complexus in pergulam cum illa redibat, cum repente ex praetorio<sup>53</sup> verba audiuntur: «Modesta, fac venias cum rosis» simulque cernitur ad ianuam Terentia, uxor Ciceronis, pinguis et corpulenta mulier adunco<sup>54</sup> nasu<sup>54</sup>. Modesta marito suaviter osculato arreptisque odoratis rosis ad praetorium tetendit, quam Dio — amabile visu — cum filiis consequabatur. Terentia Dione dimoto brachia collo famulae familiariter

circumdedit et «Omnes hodie male<sup>55</sup> affecti<sup>55</sup> sumus — inquit, — exceptis vobis, excepta te, lux mea. Quid si te non haberem!»

Modesta in domo Ciceronis nata adultaque cum eximia venustate, tum intemeratā fide dominis<sup>56</sup> suis in deliciis erat.<sup>56</sup> «Novā forte molestiā<sup>57</sup> es affecta, — percontabatur Modesta. — Velim levare possim tibi curas.»

— Dio tuus toto<sup>58</sup> caelo<sup>58</sup> alius est ac Cicero, — murmurabat<sup>59</sup> Terentia et nihil ultra locuta est.

Interea bibliotheca<sup>1</sup> opere<sup>1</sup> fervet.<sup>1</sup> Cicero laborat hic cum librariis<sup>2</sup> atque notariis usque<sup>3</sup> a primo<sup>3</sup> sole.<sup>3</sup> Sic in singulos dies se litteris<sup>4</sup> involvit.<sup>4</sup> Quisque bibliothecam praetereuntium pedem<sup>5</sup> digitis<sup>5</sup> suspendit,<sup>5</sup> ne clamorem tollat; ipsi parietes auscultare<sup>6</sup> videntur. Bibliotheca camerata<sup>7</sup> in septemtrionem spectat, itaque amabile frigus praebet ibi commorantibus; solum<sup>8</sup> tessellis<sup>9</sup> coloris viridis est stratum. Conclave<sup>10</sup> totum luce perfunditur, quale fere lumen silvae habere solent. Praeter parietes tecto tenus<sup>11</sup> exstructa sunt loculamenta,<sup>12</sup> in quibus nidificant volumina litterarum pretio-

<sup>32</sup> kacajra fakadni = in lautes Gelächter ausbrechen = éclater de rire <sup>33</sup> asszonylovas = eine Reiterin = une amazone <sup>34</sup> kísértet = Gespenst = revenant <sup>35</sup> varázsló, boszorkány = Zauberin, Hexe = sorcière, magicienne <sup>36</sup> vénasszony = ein altes Weib = une vieille femme <sup>37</sup> napbarnította = von der Sonne gebräunt = hâlê <sup>38</sup> szikár = dürr = grand et sec <sup>39</sup> lábikra = Wade <sup>40</sup> kígyókkal övezve = mit Schlangen umgürtet = entourée de serpents <sup>41</sup> szurokfekete hajfonatok = pechschwarze Haarsträhnen = des tresses d'un noir de jais <sup>42</sup> bagoly szemű = mit Eulenaugen = aux yeux de hibou <sup>43</sup> videsne <sup>44</sup> bíborszín = Purpur = pourpre <sup>45</sup> Polluxra = beim Pollux = par Pollux <sup>46</sup> éppen most = gerade jetzt = juste maintenant <sup>47</sup> varázslat = Zauberei = magie, sorcellerie <sup>48</sup> tarisznya = Sack = besace <sup>49</sup> varázsfüvek = Zauberkräuter = herbages magiques <sup>50</sup> palack = Flasche = bouteille <sup>51</sup> ólom = Blei (bleiern) = de plomb <sup>52</sup> elhallgattak = verstummten = se taire <sup>53</sup> úrilak = Herrenhaus = hôtel (seigneurial) <sup>54</sup> sasorrú = mit Geiernase = aquilin <sup>55</sup> rossz hangulatban vagyunk = wir sind verlaunt, verstimmt = je suis de mauvaise humeur <sup>56</sup> az uraság kedvence volt = der Liebling ihrer Herrschaft = il était le favori du patron <sup>57</sup> bosszúság = Aeger = chagrin <sup>58</sup> egészen más = ganz ein anderer = tout autre <sup>59</sup> dörög = brummen = murmurer

<sup>1</sup> a könyvtárban élénk munka folyik = in der Bibliothek gibt es ein reges Treiben = une vie animée règne dans la bibliothèque <sup>2</sup> másoló = Kopist = copiste <sup>3</sup> napkeltétől fogva = seit Sonnenaufgang = depuis le lever du soleil <sup>4</sup> tanulmányaiba mélyed = sich in die Studien vertiefen = s'absorber dans ses études <sup>5</sup> lábujjhegyen jár = auf den Zehen schleichen = marcher sur la pointe des pieds <sup>6</sup> hallgat, figyel = lauschen = écouter <sup>7</sup> bolthajtásos = gewölbt = voûté <sup>8</sup> padló = Fussboden = plancher <sup>9</sup> mozaikkocka = Mosaiksteinchen = pierre de mosaïque <sup>10</sup> szoba = Zimmer = pièce, chambre <sup>11</sup> a mennyezetig = bis zur Zimmerdecke = jusqu'au plafond <sup>12</sup> polc, rekesz = Fach = étagère, casier

sissima ceu columbae dormitantes capitaque alis<sup>13</sup> subdentes.<sup>13</sup> In angulo ex marmore cerereres effigiem Demosthenis naso<sup>14</sup> resarto.<sup>14</sup>

Paulo ante sumebant servi ientaculum:<sup>15</sup> panem sale<sup>16</sup> conditum<sup>16</sup> cum caseo<sup>17</sup> caprino<sup>17</sup> ficisque et nunc aures<sup>18</sup> arrigentes<sup>18</sup> attendunt dominum dictaturum, qui paulisper in cogitationibus defixus columnam<sup>19</sup> mento<sup>19</sup> suffixit.<sup>19</sup> «Tantus est innatus in nobis cognitionis amor<sup>20</sup> et scientiae...»<sup>20</sup> intonabat<sup>21</sup> Cicero, sed priusquam perrexisset dictare novum opus, quod<sup>22</sup> inscribetur<sup>22</sup> «De finibus bonorum et malorum», ex conclavi bibliothecae contiguo vehementissima tussis audiebatur. Tiro fuit ibi, peritissimus,<sup>23</sup> Ciceroni acceptissimus, qui iam pridem ab eo in libertatem<sup>24</sup> vindicatus est.<sup>24</sup> «Desine, desine, quaeso, tussire, oculo<sup>25</sup> mi! inquit blanda<sup>26</sup> voce Cicero. En accipe lac, haustus eius tibi nectar erit. Ova cocta et trita cum melle lenient tibi tussim! Ad vires refoendas mollitiã<sup>27</sup> atque salubritate<sup>27</sup> caeli<sup>27</sup> in Aegyptum tibi proficiscendum erit.»

*Ad numerum proximum.*


<sup>13</sup> szárnyuk alá dugva = unter den Flügel gesteckt = caché sous l'aile <sup>14</sup> kijavított orral = mit geflickter Nase = avec le nez raccommodé <sup>15</sup> reggeli = Frühstück = déjeuner <sup>16</sup> megszózott = gesalzen = salé <sup>17</sup> kecsketúró = Ziegenkäse = fromage de chèvre <sup>18</sup> fülét hegyezni = die Ohren spitzen = dresser l'oreille <sup>19</sup> kezével föltámasztja állát = das Kinn mit dem Arm stützen = appuyer le menton dans la main <sup>20</sup> tudománysozomj = Wissensdurst = désir d'apprendre <sup>21</sup> dörgő hangon mond = losdonnern = tonner, dire d'une voix tonnante <sup>22</sup> melynek címe lesz = welches den Titel führen wird = qui sera intitulé <sup>23</sup> gyorsíró = Stenograph = sténographe <sup>24</sup> rabszolgasorból fölszabadítani = aus dem Sklavenzustand in Freiheit setzen = affranchir <sup>25</sup> szemem fénye! = Mein Augensterne! = lumière de mes yeux! <sup>26</sup> nyájas = freundlich = affable <sup>27</sup> enyhe és egészséges éghajlat = ein mildes und gesundes Klima = climat sain et doux



**Domus Rotunda** Vindobonensis in campo Prater nominato a. 1873. aedificata, ubi quotannis bis mercatus<sup>1</sup> internationales instituebantur, incendio terribili tam subito correpta est, ut quamquam vigiles<sup>2</sup> permultis siphonibus flammam exstinguere conarentur, tamen tholus<sup>3</sup> tectumque corruerunt, aedificium autem totum igni consumptum est. Imago nostra ab aviatoribus Austriacis Marek-Emmer in excelsis luce<sup>4</sup> picta<sup>4</sup> est, quorum follis<sup>5</sup> aërius<sup>5</sup> vapore<sup>5</sup>

sicco<sup>5</sup> motus<sup>5</sup> in altitudinem 9500 metrorum ascendit.

Dum haec scribuntur, radiophonice nuntiatum aëroplanum militare Austriacum, cum altera alarum dissolveretur,<sup>6</sup> in campo inter Kagrau et Wiesenbrunn — ibidem, ubi follis aërius Marek-Emmer descenderat — tam



infeliciter decidisse, ut quattuor aviatores insidentes omnes statim morerentur.

<sup>1</sup> vásár = Messe = foire <sup>2</sup> tűzoltó = Feuerwehrmann = (sapeur) pompier <sup>3</sup> kupola = Kuppel = coupole <sup>4</sup> lefényképezni = photographieren = photographier <sup>5</sup> hevített léggömb = Heissluftballon = aérostat à air chaud <sup>6</sup> leválni = sich loslösen = se détacher

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Librorum recensio.

**Fontes Litterarum Latinarum.** II. Teil. Leben und Weben in der lateinischen Welt des Altertums, des Mittelalters und der Neuzeit. Ein lateinisches Quellenbuch für die 7. und 8. Klasse der Gymnasien, Realgymnasien, Reformrealgymnasien in der tschechoslovakischen Republik herausgegeben und mit Erläuterungen versehen von Augustin Potuček. Reichenberg, Nordböhmischer Verlag. 1937. Pag. XVI + 216. II. Teil. Kommentar. Pag. 112. Preis geb. Kč 39.80.

Diu mos inde a renatis litteris institutus valuit ac viguit, ut in scholis scriptores, qui classici vocantur, legerentur, monumenta vero medii aevi litterarum Latina ut barbara, obscura, horrida inde procul arcerentur, ne dicam, cum fastu quodam repudiarentur. Nostris tandem temporibus, cum medii aevi scriptoribus plus studiorum impertitum esset, est intellectum linguam Latinam post interitum imperii Romani non solum non esse emortuam, sed potius novellas radices egisse, quae in arbores patulas excretae fructus ferrent uberrimos; immo vero post medium etiam aevum, cum docti homines eã uterentur, multos et praeclaros libros esse conscriptos paucasque gentes esse in Europa, quarum res gestae non Latinã linguã essent compositae, orbem igitur litterarum non antiquitatis solum finibus terminari, sed multo

amplius spatium complecti; iustum utileque esse discipulos medii et recentioris aevi monumenta quaedam litteraria primoribus saltem labris gustare, ut litterarum Latinarum infinitā ubertate atque exquisitā elegantia et utilitate ad discendam linguam Latinam incitarentur. Ita factum est, ut litterarum extremae antiquitatis medii et recentioris aevi specimina quaedam in Scholis Germanicis et Austriacis ad legendum proponerentur.

Nuperrime editus est liber, quem supra nominavi. Est quidem hic liber fere ad normam libri a Mauritio Schuster in usum Austriacarum scholarum compositi directus continetque selectas litterarum Latinarum partes inde a priscis temporibus usque ad nostram aetatem. Ex antiquis temporibus adferuntur inscriptiones varii generis et argumenti ad illustrandam Romanorum vitam privatam et historicam. Inter inscriptiones etiam quaedam recentioris aetatis leguntur. Deinde exhibitus quibusdam particulis sequuntur Monumentum Ancyranum et scriptores, qui in scholis quamvis lectu dignissimi, raro vel numquam tractantur (Velleius, Suetonius, Vitruvius, Celsus, Columella, Plinius maior, Apulei aureola fabula de Amore et Psyche). Etiam iuris prudentiae, Romanorum propriae et quasi indigenae disciplinae ratio habetur (Gaius, Iustinianus). Atque etiam priusquam ad medium aevum transitus fit, litterarum ecclesiasticarum, ex quibus sensim effloruit medii aevi latinitas, duo nobilissimi scriptores, Augustinum et Hieronymum dico (Confessiones, de civitate dei) et poetae christiani (Ambrosius, Prudentius) et hymnologi afferuntur.

Ex operibus 8—12 saeculi Latinis tam poeticae quam solutae orationis delibata sunt nobilissima quaeque (Eginhardus, Otto Freisingius, Valtharius manu fortis, Hrosvitha, Ruodlieb, Isenegrinus, Caesarius Hamsterbacensis, Aurea legenda, carmina Burana etc.). Medium aevum subsequitur recentior Latinarum litterarum aetas (scriptores maximam partem Bohemici et Germanici), quam excipiunt philosophi et docti viri scientiā excellentes (Erasmus, Comenius, Cartesius, Spinoza, Leibnitz); his adduntur encyclicae Leonis XIII et Pii XI. Sed ut demonstraretur linguam Latinam etiam nunc vividam florere et aptam esse ad nostrae aetatis res et sensa exprimenda, cum aliarum, tum nostrae ephemeridis quaedam proponuntur. Denique lectorum exhilarandorum causa extremo libro tamquam condimenta aspersa sunt aliquot ioca et facetiae.

Sed longum est huius libri satis magni omnia argumenta varietate insignia recensere. Fortasse sunt, qui hunc vel illum scriptorem non adlatos esse aegre ferant, sed haud facile esse fateantur oportet in tanta tam infinita litterarum Latinarum copiā delectum omnium consensu approbatum instituere. Praemissae sunt cuique aetati praefationes, quibus et sermo illius aetatis et habitus et ingenium adumbratur scriptorumque vita brevissima enarratur. Adiunctus est libro fasciculus adnotationum, quo facilius et expeditior reddatur lectio, sed non ita, ut discipulorum mentes curae laborisque cogitandi expertes fiant. Quaedam paginae exornantur imaginibus res et scriptores illustrantibus, quae ingeniose explicantur, ut discipulis picturarum ratione et indole cognitā sensus pulchri exacuatur. Postremo speramus fore,

ut etiam in nostrorum gymnasiorum usum, cum nos Hungari litteris Latinis praeclare scriptis abundemus, talis liber componatur.

Car. Acs Budapestinensis.



## De organo Aquinci invento.

*Az aquincumi orgona.* Irta: Nagy Lajos. Az aquincumi múzeum kiadványa. II. Budapest 1934. Pag. 144. Ex hoc libro, quem amatoribus artis musicae perimpense commendamus, excerptis et latine reddidit

Victor Kósa Budapestinensis.

Antiqui amantissimi erant artium, in quibus ars musica locum non ultimum tenebat. Primum sonitu tiliarum, chordarum nec non tympanorum tantum vocibus iuncto praecipue in ludis scenicis utebantur. At deinde illis temporibus, quibus Latini quidam scriptores sibi poetas Alexandrinos imitandos proposuerant, musicam iam artem ab aliis artibus seiunctam<sup>1</sup> videmus. Ab Augusto certamina musica constituta esse satis constat.

At quod de organo scimus, id sine dubio, ut animum advertamus, maxime dignum esse videtur. Res multae ad id spectantes in Pannonia inventae sunt, quarum illud carmen in sarcophago Aquinci saeculo p. Chr. n. III. incisum et anno 1881. repertum, pretiosissimum dicunt. Cuius inscriptionis fidē certiores facti sumus cantum organi<sup>2</sup> ab incolis Aquinci ita dilectum esse, ut legio in oppido collocata suum organoedum<sup>3</sup> habuerit, qui arte non ab alio nisi ab uxore, Aeliā Sabinā, superatus esse videtur:

*Clausa iacet lapidi coniunx pia cara Sabina.*

*Artibus edocta superabat sola maritum.*

*Vox ei grata fuit, pulsabat pollice chordas.*

*Sed cito rapta silet. Ter denos duxerat annos,*

*Heu male quinque minus, sed plus tres menses habebat,*

*Bis septemque dies vixit. Haec ipsa superstes*


*Spectata in populo hydraulā<sup>5</sup> grata regebat.*

*Sis felix quicumque leges, te numina servant,*

*Et pia voce cane: Aelia Sabina vale.*

Aliud inventum supra dicto non minus pretiosum est organum Aquinci repertum, quod a. p. Chr. 228 factum esse omnes consentiunt. Hoc organum satis conservatum habemus, nam conclave,<sup>4</sup> ubi collocatum erat, cum aliis rebus in eo positis incendio exorto in cellam subterraneam illapsum est et ruinis coopertum conservabatur. Descriptionem antiquam organi amplissimam a Vitruvio et Herone habemus. Duo genera organorum nota erant: hydraulicum et pneumaticum. Organum primo

<sup>1</sup> elkülöníteni = trennen = séparer    <sup>2</sup> orgonajáték = Orgelspiel = jeu d'orgue    <sup>3</sup> organista = Organist = joueur d'orgue    <sup>4</sup> terem = Saal = salle



dictum hydraulim<sup>5</sup> nominando opifices haud probabiliter fecisse videntur, nam sonitum hoc quoque spiritu dat. Arca<sup>6</sup> enim in infimo organo aquā ita completa est, ut spiritum

pnigeo<sup>7</sup> comprimeret. Cum pinnae<sup>8</sup> reprimun-

<sup>5</sup> vizi orgona = Wasserorgel = orgue hydraulique <sup>6</sup> szél-  
láda = Windlade = réservoir à air <sup>7</sup> szélharang = Wind-  
kessel = régulateur à air <sup>8</sup> billentyű = Taste = touche

tur, spiritū in fistulas<sup>9</sup> ineunte organum sonitum dat. Organa ex ligno facta et laminis<sup>10</sup> aëneis cooperta esse scimus.

Hydraulis Aquinci inventa a. CCXXVIII. fabricata est et quatuor series fistularum habebat, at iisdem temporibus iam organa octo ordinibus instructa extitisse ab auctoribus comperimus. Nostrum organum fuerit-ne hydraulis, nescimus, nam, cum<sup>11</sup> in tabella aënea,<sup>12</sup> quae item reperta est, hydraulim nominatum videamus, partes nonnullas organis pneumaticis simillimas habet.

Uti in figuris antiquis videmus, organa magnitudine hominis adaequantia fuerunt. Fistulae ita collocatae erant, uti eas in organis hodiernis videmus. In numero organoedorum permultae feminae erant, sicut hoc ex exemplo Aeliae Sabinae quoque satis constat. Figura organum Aquincense ab Ioanne Kalmár machinatore<sup>13</sup> fabricae organariae Angsterianae (Quinque Ecclesiis) restructum ante oculos ponit. Inscriptio tabulae haec est: Gaius Julius Viatorinus decurio coloniae Aquincensis aedilicius praefectus collegii. Centonarium<sup>14</sup> hydram collegio suprascripto de suo donum dedit Modesto et Probo consulibus.

<sup>9</sup> síp = Pfeife = tuyau    <sup>10</sup> lemez = Platte = plaque  
<sup>11</sup> ámbár = obgleich = bien que    <sup>12</sup> bronz = Bronze = bronze  
<sup>13</sup> mérnök = Ingenieur = ingénieur    <sup>14</sup> posztó-készítő = Tuchmacher = drapier

### Dionysio Serédi

sacerdoti O. S. B. directori h. c. gymnasii magistro per-  
 carissimo exactis quinquaginta annis quum primitiis sa-  
 crorum Deo iterum litaret

1887—1937.

melior est dies una in  
 atriis tuis super milia.  
 (Ps. 83)

*Computa annos taciti laboris  
 quinquies denos, Pater alme, et laetus  
 scandes ad aram animo propenso  
 reddere grates.<sup>1</sup>*

*introivisti iuvenis ad sacra  
 fervidus, aevo ubi fessus adstas,  
 ast<sup>2</sup> tui vires animi nitentes  
 usque manebunt!*

*Prospice iam nunc monumenta vitae:  
 agmina pubis<sup>3</sup> bene praeparata,  
 quae tuo exemplo et pietate semper  
 ad meliora*

*ducta sunt, fructus placidaeque mentis,  
 artium dotes animis repostas.<sup>4</sup>  
 instar ardentis radiasti taedae  
 gesta docendo.*

*Addidit lingua probitate largos  
 nescia fuci<sup>5</sup> stimulos iuventae:  
 planta virtutis animo reserta  
 floret in aevum!*

*Post tot emensa documenta iusti  
 intima ardescunt iuvenum senumque,  
 quos tuus fervor renovatos fecit  
 rore salutis.*

*Proferunt omnes pia sensa cordis  
 in diem festum, nitidumque nobis,  
 et Deum, si quid precibus valemus,  
 cuncti rogamus:*

*det Tibi vitam meritis adaequam,  
 insciam morbi, placidam quietem,  
 palma coelesti remanente in aevum  
 sis benedictus!*

Strigonii, a. d. VI Id. Iulias

grato animo olim discipulus  
 E. E.

<sup>1</sup> gratias    <sup>2</sup> at    <sup>3</sup> puberum, iuvenum    <sup>4</sup> repositas  
<sup>5</sup> tettetés = Verstellung = feinte, simulation

### De congressu amicorum latinilitatis internationali.

In priore fasciculo «Iuventutis» edita est epistula magistrorum gymnasii regii Zalaegerszegiensis, quae de congressu amicorum latinilitatis convocando ad moderatorem data erat. Moderator ibidem socios lectoresque maiores sententiam de hac re maximi momenti rogavit, quam novissime rev. P. Theodorus Philips dr. theologiae Osnaburgensis hac quae sequitur epistolā tractat:

„Doctori Iosepho Wagner s. d. Theodorus Philips. Iam dudum linguae Latinae cultores per orbem dissiti in unum convenire locum desiderant, ut vinculum amicitiae colloquio et aspectu laeto inter nos nectatur. Te, «Iuventutis» moderatorem, hisce interrogo fierine possit, ut *Budapestinum conveniamus proximo mense Maio?*

Et locus commendatur *situ* et tempus iucunditate, amoenitate: medium est Budapestinum inter tot gentes centrum, tempus vero Eucharistici congressus momento et cunctis catholicis commodum et acatholicis haud alienum erit.

Quare Te, Iuventutis moderatorem inclytum, enixe rogo, ut praesides societatum Latinarum et omnes Latinilitatis cultores et amicos ad primum congressum Budapestinum convocos quam celerime, ut deliberemus de re nostra propaganda et de societatibus Latinis adunandis. Duo sunt, quo vela tendamus. Propagare — adunare! Latinilitatis facies et figura non dubito, quin mox renovetur. Pauca haec, si placet, promulgare velis quam celerrime, ut communi consilio congressus possit praeparari. Prospere procedas, vexillum tollas! Vale.“

In altera longaque epistola Philips dr. etiam programma congressus proponit, cuius quaestiones principales haec sunt:

I. De condicione Latinitatis:

a) quoad divulgationem in regnis et rebus publicis singulis

b) ex parte stili et lexicologiae,

c) ex parte periodiorum et annalium,

d) ex parte pecuniaria.

II. Latinitatis usus ad vitam adaptatus:

a) in cultura et humanitate per orbem promovenda,

b) in scientiis diversis inter nationes commutandis,

c) in ludis gymniciis, mercatura, commeatu promulgandis.

Dolendum est, quod «Iuventus» utpote quae ephemeris in usum discipulorum edatur, non habet satis spatii ad hanc epistolam totam publicandam. Quae cum ita sint, tamen *virī et ecclesiastici et laici* (professores, medici, iuris periti etc.) iterum rogantur, ut sententiam de necessitate congressus latini dicant.

De re aenigmatica. (2)

Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum primae partis.

1. cornu; 2. situs (1. = natura loci; 2. adiect.; 3. = putor); 3. Mátrona, matrōna; 4. facies (1. verbum; 2. subst.); 5. sōli (sōlum), sōli (sol), sōli (sōlus); 6. Verbigenus, verbi genus; 7. pila, tus: Pilatus; 8. magis, ter: magister.

\*

Aenigmati sincero *palindromus* quoque propinquus est vel «porro — retro», quo in genere vocabulum aenigmaticum inversum aut idem est velut «summus» aut alterum vocabulum efficit velut «omen»: «memo». Palindromus prioris generis est hic:

9. Est animal domesticum,  
Quod assum praebet optimum;  
Sed purum hoc non reperis,  
Etsi inversum legeris.

Palindromus alterius generis:

10. Est «porro» parva bestia,  
Quae minuit cibaria;  
Sed «retro» pertinet ad me,  
Quod de te potes dicere.

(Iuv. XXI, VI 2; cf. ibidem VIII 2, IX 3, in hoc num. aen. 1.)

Si non una vox, sed tota enuntiatio inversa eandem aut aliam sententiam efficit, existit «enuntiatio inversa». Exempla: «si is esses iis» aut «si tu mus» (scil. esses), quod inversum «sum ut is» legitur.

11. Servi deprecatio.

Mendicus donum appetit,  
Sed dominus id abnuit;  
Tum servus, qui non putat fas,  
Ait ero novem litteras.

In dicto est mirabile,  
Quod paris est sententiae,  
Seu porro illud dixeris,  
Seu retro repetiveris.

Si hoc est tibi arduum,  
Quadratum forma magicum,  
In quo easdem voces tres  
Tu undique reperies!

Palindromus est quasi species anagrammatis; *anagramma* enim aenigma vocatur, in quo litteris inter se commutatis nova vocabula existunt velut: «mare, arem, ream, emar, eram, rame, amer, mera». Simplicissimum exemplum anagrammatis est hoc:

12. In statione noctu stat  
Ad vocem vox et vigilat;  
Sed commutetur littera,  
Quae prima est, cum media!

Praecipuae species anagrammatis sunt «*syllabā inversā*» vel «*syllabis inversis*», quibus in aenigmatibus singulae vel complures syllabae sunt convertendae velut «un-da»: «nu-da», «an-ser»: «na-res», et «*syllabis commutandis*» velut «te-sta»: «sta-te».


Anagrammati finitimum est aenigma, quod «*charta visitantis*» appellatur velut hoc:

13.

CN. SOLARIVS

Quid ille vir est?

(Continuabitur.)




Solutiones aenigmatum numeri I.

1. clamatur, utilitas, magister, diligens, ediscere, officium: Cum Deo!
2. clavus, 3. pila, pila.
4. aeger, rarum, arari, brevi, arcus, scire, trado: Graecia.
5. Sit tibi terra levis!

**Aenigmata recte dissolverunt:** In Hungaria: Nicolaus Mayer (gymn. *archiepisc.*), Olga Kunczer (*Veresianum*), Anja et Susanna Büchler (*Theresianum*), Andreas Szollár stud. med. *Budapestinenses*, Gabriel László, Iosephus Kaptay *Tatani*, Stephanus Orosz, classis II. B) et C) gymn. r.

catholici Miskolciensis. — In Austria: Thea Schmied, Guilelmus Fieber dr., *Vindobonenses*. — In Germania: Carolus Flesch dr. *Reichenawensis*. — In Polonia: Gymn. PP. Iesuitarum *Bakowice*.

**Praemium sorte Andreae Szollár, classi II/B Miskolciensi et Guillelmo Fieber doctori obvenit.**



1. *Palindromus.*

Stipes sum, teli quoque fungens munere. Caelo Cernor, si retro nomina nostra legis.

*Fr. Palata Moravus.*

2. *Coniuncte-divise.*

Quercubus e sacris suāram praedicere sortes,  
Antiquae gentes quīs habuere fidem.  
In voces scindar binas: has percipe mente  
Laetā! Promittunt munera nempe tibi.

*Idem.*

3. *Compositio.*

Quod infans gestiens bibit,  
Adiunge parvae fossulae:  
En, stillans profluit latex  
Prae luctu vel prae gaudio.

*Flescarolus Augiensis.*

4. *Amplificatio duplex.*

Fronti parvae bestiae  
«Ra» si velis addere,  
Pars existit arboris;  
Sed si «ca» suffixeris  
Caudae huius bestiae,  
Offeret insectum se.

*Emericus Markó, disc. Keszthelyensis.*

5. *Quadrata magica implicata.*

1	2	3	4								
2											
3		5	6	7	8						
4		6									
		7		9	10	11	12				
		8		10							
				11							
				12							

1. Est «matutino tempore».
2. Quod dico, si quis amat me.
3. Pro «signum» potes dicere.
4. Sed hoc est forma copulae.
5. Significat «eiusmodi».
6. Est amatoris actio.

7. Est pretium assidui.
8. Subordinans coniunctio.
9. Quis est magister optimus?
10. Particula ad ablativum.
11. Qui numerus est minimus.
12. Est duplicatum reflexivum.

*Thea Schmied, stud. phil. Vindobonensis.*

<sup>1</sup> Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico mutatum vel in versus redactum esse.

**Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum dies 10. mensis Novembris.**

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causa singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.

**Lectores ad lectores.**

I. *Commercium epistolare habere optant:*



Stephanus Orosz discipulus, (cum discipulo Austriaco) Miskolc—Bacika, Máv-telep 18.

II. *Permutationem (csere — Tausch — échange) pittaciorum cursoriorum (levélbélyeg — Briefmarke — timbre poste) habere optant:*


1. Guilelmus Böhm, Vindobona (Wien) III., Khungasse 11/24.

2. Discipulae Sororis Christianae, Haarlem — Batavia (Hollandia), Florapark 2.

3. Bela Petrich dr. Budapestinum, VIII., Trefort-utca 8.



*N. Rác.* Laudem linguae Latinae non moderator, sed professor latinitatis peritissimus Thomas Rados dr. (in Monte Pannoniae) convertit. — *Iocis*, quae sale carent, aut quosdam homines honestos offendunt, uti non possumus. — *O. Suszter.* De congressu latino nemo adhuc nisi Philips dr. sententiam dixit. Timeo, ne permulti lectorum non legant ephemeridem nostram. — Quia impressor linguae latinae imperitus est, socii laboris omnes rogantur, ut clare et pure scribant, nam saepe ne moderator quidem legere scripta nonnullorum potest. Quia aenigmata ad censorem aenigmaticum mittuntur, aenigmata separatim aliis in chartis scribantur, ac cetera genera opusculorum. — *Ios. Guelmino, Em. Háklár, Io. Ieney.* Gratulor vobis, carissimi collegae, qui veri apostoli latinitatis estis. — *Fr. Palata.* Fiet, sicut desideras. — *V. Gombár.* Cur taces tam diu? — Discipulos moderator rogat, ne carmina latine reddant. Non omnes poëtae esse possumus. — De ceteris proxime.



Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praescs: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)